MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS NUNC PRIMUM EDITA

EPISTOLAE MIXTAE

EPISTOLAE MIXTAE

EX VARIIS EUROPAE LOCIS

AB ANNO 1537 AD 1556 SCRIPTAE

NUNC PRIMUM

A PATRIBUS SOCIETATIS JESU

IN LUCEM EDITAE

TOMUS QUARTUS

(1554-1555)

MATRITI
EXCUDEBAT AUGUSTINUS AVRIAL
via S. Bernardi, 92.
1900

AD LECTOREM

Eo feruntur hodierna sapientium studia, ut, ad perscrutanda antiquitatis vestigia hauriendamque sinceram de rebus praeteritis notitiam, velint homines ad coaeva monumenta, pulvere saepe obsita, accedere, ex privatis intimisque, ultro citroque commissis litteris aut narrationibus, suam sibi progignere sententiam, et collectis hinc inde dispersis membris, corpus unum coagmentare, quod nervis et ossibus firment, pelle vestiant, penicillo suo ornent; cui demum spiritum vitamque infundant. Ingens certe labor, et hujusmodi, quem non omnium humeri ferre valeant, sed jucundus etiam, siquidem, ut poeta [1] monet:

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.

Esto incompta saepe sit, et aliquando horrida nimis, oratio: at integra fides et nuda veritas cuicumque ornatui lenociniisque verborum anteponenda;

Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quam de caelata sumere lance, juvat;

ut idem Ovidius ait.

His ergo studiosis rerum nostrarum, qui in propriis monumentis, non in historicorum libris, memoriam priscorum hominum de Societate Jesu renovare aut constituere satagunt, amplissimam quidem segetem demetendam purissimosque latices bibendos ob oculos ponunt *Epistolae Mixtae,* quarum vol. IV, cum tribus su-

---

[1] Ovidius, *Ex Ponto*, lib. iii, epist. v, 18-20.

perioribus conjunctum, jam millesimum monumentorum editorum numerum excedit: ipsum vero seorsim spectatum epistolas ultra 260 complectitur, ab ineunte anno 1554 ad medium 1555 exaratas.

Cum autem, vindicandis e tenebris, ubi jacebant, educendisque in solem ac pulverem antiquitatis monumentis, studia nostratium sponte foveamus, nolumus tamen inde injusti adversus illos historicos deprehendi, aut quidquam debito illorum honori gloriaeve detrahere, qui scriptis res nostras mandarunt et de universa historia apud eruditos homines bene meriti sunt. Quare diligenter curavimus ferme in singulis epistolis loca, nonnumquam etiam verba, indicare probatissimi auctoris Joannis A. de Polanco, qui assiduo labore monumenta nostra suis manibus pervolutavit. Ex quo duplex, nisi fallimur, utilitas nascitur: altera, ut cognoscatur quaenam sit tali viro adhibenda fides (est autem plurima habenda); altera, ut quae minus quandoque ex nuda ac laconica epistolarum lectione intelliguntur, ex pleniore Patris Polanco narratione collustrentur.

Jam, quod ad argumenta epistolarum, in hoc vol. contentarum, attinet, cum singula persequi longum esset, praecipua tantum delibabimus. Illae autem magna ex parte ad sequentia capita revocari possunt. Vel enim spectant *a)* ad universae Societatis incrementum ac res per socios gestas, ut plurimum intra Europam, quibus aliquid, ad transmarinas missiones pertinens, arcte cum sociis europaeis conjunctum, addendum erit; vel *b)* ad ipsam Societatis disciplinam, legibus jam scriptis ac Constitutionibus promulgatis, firmiter stabiliendam sanctissimeque propagandam. Quo enim major, Deo auspice, evadebat in dies Societatis amplitudo, illiusque corporis membra, quae prius, ut fit, intimo Dei spiritu alebantur, numero mirifice ubique gentium crescebant, eo erat necessarium magis ut socii omnes communi Constitutionum ignatianarum vinculo constringerentur, ut eadem cunctis provinciis esset facies, idem, quoad fieri posset, omnes de rebus nostris sentirent. Duobus his capitibus aliquid *c)* singulari memoria dignum, quodve in his epistolis inclusum perstringat oculos, brevissime adjiciemus.

De singulis pauca.

a) Epistolae incrementa Societatis explicantes aut res per socios gestas.

Quo tempore epistolae hujus voluminis exarabantur, Societas Jesu, quindecim vix annos nata, divino id largiente Numine, sub cujus praesidium eam Ignatius positam ac defensam esse voluit, sex intra Europam numerabat provincias, domicilia vero sex supra quadraginta [1].—De Africa, Brasilia, India Orientali ac Japonia, ubi plures versabantur socii, cum nostri muneris non sit, nihil est cur dicamus. Atque Italia quidem provincia, ubi beati nostri institutoris sedes, caeteris quidem antiquior est, meritoque habetur aliarum parens; quam tempore sequuntur lusitana, hispana, quae in castellanam et aragoniam divisa primum fuit, atque sicula. Verum sic olim erga Societatem bene afficiebantur hispani, tot viri principes ei collegia offerebant, condebantque, ita denique socii, ut populos bonis moribus ac doctrina imbuerent, ubique expetebantur, ut necesse fuerit novam provinciarum divisionem induci. Unde tres constitutae provinciae: castellana, aragonia, baetica: eisdem praepositi provinciales dati Antonius de Araoz, Franciscus de Estrada, Michael de Torres: cunctisque in Hispania et Portugallia Franciscus Borgia, commissarius designatus. Eorum epistolas aliquot, nondum editas, damus:

Michaelis de Torres, 21 Maj. 1554 [2].

Francisci de Estrada, 4 Aug. 1554, 18 Jan. 1555.

Antonii de Araoz, aut cujus opera hic in scribendo utebatur, Antonii Gou, 25 Jan., 28 Feb., 22 Maj., 25 Jun. 1554, 14 Febr. 1555.

Francisci Borgiae epistolas non exhibemus, utpote ad aliam MONUMENTORUM partem sive sectionem sibi propriam pertinentes: edimus vero quas Borgiae socius in conficiendis itineribus et collegiis perlustrandis Romam mittebat, Bartholomaeus de Bustamante, 1 Sept., 6 Nov. 1554, 29 Apr. 1555.

Aliorum sociorum plures quidem sunt epistolae, inter quas principem sibi locum vindicant, quippe quae initia aut progres-

---

[1] POLANCO, t. V, pag. 5, 6, n. 1 cum subjectis annotationibus.

[2] Hi et sequentes numeri diem indicant, quo litterae datae sunt.

siones collegii enarrant, litterae abulenses, 15 Jan. 1555, et placentinae, 1 Jan. 1555, quibus merito adjungenda est aurea episcopi ovetensis epistola, sedem Societatis in sua dioecesi enixe efflagitantis, 8 Maj. 1555.

Laudandae etiam sunt P. Joan. Btae. de Barma, qui, adscitus in partem gubernationis provinciae aragoniae, ut commodius P. Estrada concionibus vacaret, res ad eam provinciam spectantes, diversis ex locis Ignatio Borgiaeque scribebat, 10 Nov. 1554, 4 Febr., 7 Jun., 28 Jul. 1555. Denique in pretio sunt litterae Patris Antonii de Cordoba, non in uno loco scriptae, quae lucem initiis illis cognoscendis spargunt, 12 Aug., 30 Sept., 28 Oct., 29 Dec. 1554.

Haec de provinciis hispanicis. Sed nemo existimet alibi Societatem non similes aut majores etiam aliquando progressus fecisse. Quod ut ostendatur, vel indicare sufficit tiburtinum collegium, perangustum hactenus, in conducta domo, neque satis commoda, situm, domicilium ac templum proprium hoc anno consequutum fuisse, 19 Jan., 19, 21, 30 Jul., 11, 20 Aug., 7 Dec. 1554: Laureti stabilem sedem Societati esse positam, 7 Jan., 17 Apr. 1555:

Neapoli et Ferrariae comparatam nostris domum et aream exaedificando collegio peridoneam, 15 Febr., 5, 18, 19, 30 Maj., 10 Aug. 1554:

Argentae, quod oppidum in ditione est ducis Ferrariae, collegium inchoatum, 24 Maj., 15 Sept., 14 Nov. 1554: sublatum quidem eugubinum, 28 Febr., 22 Mart., 6, 28 Apr.; sed prospectum aliis, florentino nempe, mutinensi, veneto, patavino, bononiensi, perusino.

Genuae docendi initium, ineunte Novembri, factum, quod frugiferae progressiones in litteris et virtute sunt consequutae, 8 Oct., 15 Nov., 13 Dec. 1554, 3 Jan., 7 Mart. 1555.

Jam Monteregali in Sicilia, Bibonae, Syracusis (praeter Messanam et Panormum, ubi jam pridem versabantur nostri) quae incrementa susceperit Societas, narrant sodalium epistolae, 26 Mart., 4 Jun., 13, 21 Jul., 23 Sept., 22, 24 Oct. 1554, 28 Jan., 10 Febr., 26, 29 Apr., 9 Jul. 1555.

Viennae in Austria collegium Societatis in sedem stabilem suamque transferri, nostrosque in tuenda religione desudare produnt Lanoy, litterae 30 Mart., 4, 29 Maj., 16 Aug. 1554.

Tornaci statio nostrorum collocatur, non sine quorumdam externorum oppositione, 31 Jan. 1554.

Nec fructu carebant Lovanii sociorum labores, qui adversarium acerrimum invenere, Viglium van Zwichem, quem de sententia dejicere nec Ruardus Tapper, nec Ludovicus Blosius, O. S. Ben., pro Societate acriter orantes, potuere, et, quod majus est, etiamsi cum ipso Carolo V, caesare, pro collegio Societatis Lovanii erigendo egerit cl. Petrus Soto, O. P., 21 Mart. 1554, 31 Maj. 1555.

Coloniae item Leonardus Kessel solita munia cum ingenti animorum fructu obire pergebat, utilis gratusque omnibus, 14 Jan., 8 Feb. 1554, 14 Jan. 1555.

Neque silentio praetereundus est Andreas Galvanellus, qui Morbinium, oppidum Vallis Tellinae, incultum agrum, septum haereseos vepribus, suo sudore irrigabat laboribusque excolebat; quique adeo bonis civibus carus erat, ut omnino eum vellent apud se retinere et Societatis collegium instituere, 9, 15 Jan., 25 Jun. 1554.

Inter haec vero lusitana provincia, Borgiae nuper ac Natalis adventu recreata, principum etiam favore eam prosequente, mirificas habebat progressiones. «Olisippone» inquit ORLANDINUS [1], «hoc, si vnquam, tempore grata in vulgus et salutaria Societatis munera extitere. Florebat Professorum domus, frequentiaque maxima celebrabatur. Collegium vero S. Antonii tanto erat in pretio, vt magni nominis viri nullum Olisippone opus ab Rege fructuosius conditum praedicarent.» Conimbricense item propriis niti subsidiis coepit: studiorum ardore et virtutis cultu commendabatur. Eborense tandem, Henrici cardinalis munificentia conditum, fructus, quos sibi promiserat egregius princeps, abunde reddebat. Quae omnia satis colligimus ex lusitanorum epistolis, 1, 2 Jan., 7, 13 Febr., 1, 15, 17, 31 Mart., 28 Apr., 1 Jun., 1 Jul.,

---

[1] *Hist. Soc. Jes.*, lib. XIV, n. 95.

2 Aug., 17 Sept., 15 Oct., 4, 23 Nov. 1554, 6 Jan., 20 Apr., 4 Maj. 1555, etc.

Verum non iis, quantumvis magnis et in majora quotidie tendentibus, contenta Societas, missionem aethiopicam, rege Lusitaniae eam promovente, aggressa est, de qua scripsere multa nostri, quae referre non vacat. Designati sunt de Ignatii sententia Joannes Nunes Barreto, Aethiopiae patriarcha: Melchior Carneiro ac Andreas de Oviedo, episcopi, patriarchae in suo munere successores. Quam designationem pontifex maximus, ut notum est, ratam habuit probavitque. Non est cur hic dicatur quisnam fuerit christianae humilitatis sensus praeclarissimorum horum virorum: quantam ostenderint omnia perpetiendi, qua ardebant, sitim; qua demum animi constantia oblatis ultro honoribus ac dignitati amplissimae restiterint. Ipsi suis litteris id posteritatis memoriae prodiderunt, 6 Apr., 16 Jun., 11 Sept., 29 Oct.—Caeterum, cum lectissima sociorum manu, cervicem jugo obedientiae submittentes, quo destinabantur, solverunt.

b) Non satis erat Ignatio, divinae gloriae amplificandae unice intento, magnis incrementis auctam suam esse Societatem, nisi simul eam vidisset optimis moribus florentem ac firmissimo sanctarum legum praesidio communitam. Nec enim praesentibus tantum, sed futuris etiam ipsi providendum fuit. Quare, ut dictum est, Natalem, quemadmodum olim 1552 in Siciliam, sic superiore anno in Lusitaniam et Hispaniam misit, qui Constitutiones ab Ignatio conditas promulgaret. Cujus promulgationis fructus statim apparuit, si quidem in paratissimo agro bonum semen exceptum. Idque passim epistolae supra laudatae testantur.

Sed nihil ex iis, quae in hoc volumine continentur, adeo splendide patefacit quantum cordi fuerit Ignatio sancta ac illibata religiosae disciplinae custodia, quam judicium de Simone Rodericio, Romae apud ipsum institutum. Etenim quoniam Rodericius, qui lusitanae provinciae praefuerat, «delatum se per calumniam querebatur, visum est Ignatio ad excidendas perturbationis in posterum causas, suarum esse partium praeterita non negligere: datisque e Professorum numero iudicibus aliquot, quaestionem iis de rebus institui, non forensi, sed religioso ritu, in

auctoresque diligenter inquiri; animadvertendi tamen iure sibi uni reservato [1]». Quo in facto benignitas sane Ignatii ac patientia cum prudentia sociata enituere, resque tota posteris monumento esse potest, 20 Maj. 1554.

c) His, quae hucusque diximus, singularia quaedam addenda sunt, digna quae seorsim inspiciantur.

Et primum quidem occurrit beatissima mors Silvestri Landini, quem anno superiore in Corsica, supra id quod humana conditio fert, et facere et pati vidimus, quem illius insulae habitatores suum patrem appellabant sanctumque venerabantur, 7, 15 Mart. 1554.

Aliud est luctuosa ac miseranda servitus optimi Joannis Guttani, e Societate sacerdotis, qui ex Hispania in Italiam cum navigaret, a turcis prope Neapolim anno superiore captus, mirum est quot aerumnas devoraverit laboresque ab improbis hominibus, omni destitutis humanitate, pertulerit, donec illis confectus ex corporis ac servitutis vinculis in laetam aeternae libertatis auram evolaverit. De eo agunt epist. datae Majo, die incerto, 25 Dec. 1554, 23 Maj. 1555. Qua in re Ignatii charitas eluxit, qui nullum non movit lapidem ut filium sibi carissimum e turcarum potestate eriperet, voluitque ut singulis hebdomadis a siciliensibus sociis ei referretur quid pro recuperando sodali egissent. Sed turcarum avaritia Guttani vita longe pertinacior fuit.

Inter haec diligentem Pelletarius collocabat operam in revocanda ab errorum tenebris ad catholicae veritatis lucem Renata, Ludovici XII, regis Galliarum, filia, ducis Ferrariae uxore, quam impia haereticorum astutia in fraudem illexerat. Diu haec restitit omnibus, quae admovebantur, machinis delusitque conatus ad eam dedocendam adhibitos. Res desperata prorsus videbatur, cum Pelletarium, cujus vel nomen horrebat, ad sese vocat, cum eoque de recipiendis catholicorum ritibus deque amplectenda romanae ecclesiae veritate serio agit. Eumdem sibi legit suae conscientiae arbitrum eique ingenti doloris sensu et lacrimarum vi peccata confitetur. Quaenam inde oborta cunctis, Herculi maxime, laeti-

---

[1] ORLANDINI, *Hist. Soc. Jes.*, lib. XIV, n. 4, 5.

tia, quisque conjicere potest, 22 Mart., 13, 20, 24 Sept., 12 Oct., 1, 8 Nov., 28 Dec. 1554. Atque haec quidem hoc anno gesta sunt; quibus optime adjungit Orlandinus [1]. «Felix, si sciret donum Dei aestimare, et in recte coeptis adhibere constantiam!»

Debet etiam nostrorum lectorum attentionem acuere monumentum, quod nunc primum exhibemus, Genua Romam missum, 24 Apr. 1555. Illud Joannes Bta. Viola pontifici optimo nuper creato, Marcello II, que cardinali fuerat Viola familiariter usus, inscripsit. Ejus argumentum: *De reformatione Ecclesiae,* sive de exstirpandis vitiis serendisque virtutibus.

Haec de epistolis hujus voluminis dicenda erant: alia, in eisdem contenta, diligens lector per se ipse reperiet. Caeterum nemo erit nostrarum rerum tam ignarus, qui existimet his epistolis totam Societatis historiam contineri: nam imprimis nos non omnes, quas scripserunt socii, edimus epistolas, sed quas reperire potuimus; deinde hae, quae *Mixtae* appellantur, alias, nimirum *Quadrimestres* saepe complent, ideoque cum illis conjungendae sunt: postremo utrisque adjiciendas esse nemo non videt quas viri primarii, puta Lainez, Salmeron aliique dedere. Et quidem Xaverii et Nadal jam edimus epistolas; alii aliorum collegerunt, inter quos jure optimo primas tenere dicendus est P. Otto Braunsberger, qui Canisii epistolas diligenter in lucem profert sapienterque illustrat, quarum lectione nos haud semel profecisse ultro fatemur. Qui ergo haec et similia monumenta scite volutaverit, is profecto magnam et verissimam nostrarum rerum notitiam assequetur.

Descriptionem codicum, ac librorum, quibus usi sumus, catalogum ad calcem voluminis post epistolas exhibebimus.

---

[1] *Hist. Soc. Jes.,* lib. XIV, n. 26.

717

MICHAEL DE BAIRROS
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

EBORA I JANUARII 1554 [1].

Ex adventu Patris Nadal rebusque ab eo in Lusitania constitutis, fructum colligendum sperat.—P. Miron regulis, exsequutioni mandandis, manum admovet.—Socii, Deo opem ferente, solitis virtutum ac litterarum exercitationibus dant operam.

†

Muy Rdo. en X.° Padre. La gracia y amor de X.° nuestro Señor seya siempre en nuestro continuo fauor y ajuda. Amem. Aora no se offrece que de nueuo se pueda escriuir á V. R., sino de la llegada de nuestro in X.° P. Mtro. Hierónymo Nadal y del P. Mirón; avnque la stantia del P. Mtro. Hierónymo Nadal fué por poco espacio, mas pienso que para mucha consolación en el Señor para los hermanos, máxime porque todos los que tenían tiempo hizieron, celebrando él, los votos, según la orden de las constitutiones, lo que les causó mucho gozo in Domino [2]. Quedó aquí el P. Mtro. Mirón para ordenar las cosas deste collegio, introduziendo las reglas que el P. Mtro. Hierónymo Nadal dexó.

Los hermanos perseueran con la ajuda de nuestro Señor en sus sólitos exercitios de uirtudes y letras, lo que aora con su fauor será en más perfectión. No escrivo más particularmente á V. R., porque hasta aora se ha perseuerado en el modo de exercitios que por otras nuestras aurá sabido. De lo que más se hiziere acerca dellos (porque, como he dicho, aora se entiende en ello), auisaremos á V. R. Nuestro Señor nos dé gracia para nos aprouechar de tantos medios, quantos por su bondad nos ha

---

[1] Ex originali in vol. E, unico folio, n. 173, prius 480.

[2] De adventu Patris Nadal in Lusitaniam anno 1553, deque rebus in ea Societatis Jesu provincia ab eo gestis, aliquid in vol. superiore, epist. 672 et alibi diximus: videantur illius temporis NADAL, *Epist.* t. I, pag. 160 et seqq.; *Litt. Quadr.*, t. II, pag. 370, 439, 468, 473, 482, etc.; POLANCO, t. III, pag. 427 et seqq.: *De P. Natalis ministerio in Hispaniae provinciis.*

aparejado. Supplicamos á V. R. nos heche su bendición. Oy, el primer de Janero de 1554 annos. Hijo suyo en el Señor,

MIGUEL DE BAIRROS.

Inscriptio: Al muy Rdo. en X.° Padre, el P. Mtro. Ignacio, praepósito general de la Compañía de Jesú. En Roma.

Del collegio de Euora, 1.ª vía.

748

JACOBUS MIRON
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

EBORA 2 JANUARII 1554 [1].

P. Nadal ex Portugallia 18 Decembris discessit.—P. Torres Mironi collateralis designatus.—Constituta a Nadal exsequutioni mandantur.—Sperat fore ut Joannes III rei familiari collegii olisiponensis Sti. Antonii prospiciat.—De ejectis e Societate in eam denuo recipiendis.—De absolvendis haeretica labe infectis.—De admissis ad solemnem Societatis professionem.—Petrus Mascarenhas, novus Indiae prorex, Societatis alumnos, suae profectionis comites, vehementer efflagitat.—Aethiopiae patriarcha, ab Ignatio designandus, ad annum proximum exspectatur.—Fratres duo ex India venere.—De Theotonio de Bragança: quid nuper in Portugallia egerit: quem animum gerat: quaenam sit de ipsius emendatione spes: quid sentiant de eo ejus consanguinei, principes et Miron.

†
Iesús.

Muy Rdo. en X.° Padre. La gracia y paz de X.° nuestro Señor sea siempre en nuestro fauor y ayuda. Amén. El P. Mtro. Nadal se partió de Portugal á 18 de Deziembre, que fué día de nuestra Señora de la O. Dexónos á todos muy consolados en el Señor, y muy bien assentadas las cosas de Portugal. Gloria sea á Dios por todo. El Padre doctor Torres quedó acá por mi collateral, que para mí fué grande merced del Señor, por la mucha necessidad que tenía de quien me ayudasse: plega al Señor me sepa aprouechar de todo. Los petitorios se dexaron [2], aunque hasta san Juan son ya arrendados, y me mandó el P. Nadal

[1] Ex originali in vol. E., duplici folio, n. 172, prius 478, 479.

[2] De iis egimus supra, epist. 510. Vide *Epist. Mixtae,* t. III, pag. 55 et seqq.

diésemo[s] auisos á los obispos, que no dexassen pedirlos á nadie, de san Juan adelante. Dello dimos razón á los iffantes [1], y el rey: podrá ser se mueuan á darnos alguna cosa en recompensa. Expresamente no osamos pedir recompensa al rey, porque él no nos dió los petitorios en descuenta de lo que nos da para los cien estudiantes. Bien se le dió á entender que eso deseáuamos, y él lo entendió. Creo que está puesto, con la ayuda de nuestro Señor y con el fauor de los iffantes, que nos dotará presto el colegio de Coímbra con rentas perpetuas, como los mismos iffantes nos dan speranças dello. El collegio de san Antón de Lisbona viue de una limosna del rey, y de Coímbra no toma nada, porque el rey dixo que no se tomasse ninguna cosa de su renta; que, quando faltase alguna cosa para el de Lisbona, que se lo hiziessen saber á él: creo yo que lo dize con intento de proueherlo. El rey es muy contento que M. Francisco [2] venga de la India, como V. R. ordena. Las cartas de V. P. irán este año con don Pedro Maschareñas, que va por visorey de la India.

Los cinquenta ducados que se tomaron allá para la venida de M. Hierónimo Nadal, se tienen por muy bien empleados, aunque fueran muchos [3] más.

Para recebir algunos salidos que tengan habilidad y disposición para aprouecharse, ha dexado comissión que se puedan recebir para mandar á Roma, como por una carta de V. P. se le dezía quasi lo mesmo.

Recebimos la respuesta sobre el caso de la heregía, pero el P. Nadal nos ha quitado omnino la jurisdiçión de poder absoluer á nadie dél en estas partes de Hespaña, paresciéndole que así conuiene in Domino; y creo tenía special comissión de V. P. dello; y al cardenal, que es inquisidor mayor, le pareció muy bien.

Tanbién quitó la jurisdición que tiene la Compañía de absoluer ab excommunicatione [4] ab homine, en particular promulga-

[1] Principes notissimi Ludovicus et Henricus, cardinalis hic ac summus fidei inquisitor, Joannis III fratres.

[2] Franciscus Xaverius, qui jam sanctissime obierat.

[3] Ms. *muchas*.

[4] Ms. *excomunicatione*.

das, y tanbién generatim, si dello se sigue escándalo. Acá doy aviso á los collegios dello, y les parece inconueniente alguno para consolación de muchas ánimas, salua tamen obediençia, y por manera de escrúpolo quasi se determinan á no absoluer de ninguna excumunión ab homine, porque quasi de todas puede saber el ordinario, ó tarde ó breue, y puede ser que se escandalize. A mi proprio juizio paresciame se podía cometer la jurisdictión al prepósito, y que la diesse á quien discretamente usasse della; pero todauía tengo por mejor lo que la obediencia ordena.

Todas las cartas y patentes que recibimos cerca del negocio de M. Simón, se guardan muy bien, hasta saber en qué paran sus trabajos.

Hiziéronse solamente tres professos, aunque V. P. mandó que se hiziessen más, por los muchos inconuenientes que hallamos en ello, y creo escriuirá largo el P. Nadal dello á V. P. Yo todauía tenía algún escrúpulo, por la carta de V. P. venir in virtute obedientiae que se hiziessen cinquo ó seis professos; pero el P. Nadal miró mucho y consultó, y al fin se atreuió, con la potestad que tenía de interpretar la carta de V. P., considerando los motiuos que en ella venían, y se determinó, que, si V. P. supiera los impedimentos, sintiera lo mesmo que todos acá sentíamos, salua obedientia.

Don Pedro Maschareñas va este año por visorey á la India. Cré[e]se que ha de ser para gran seruicio de nuestro Señor y augmento de nuestra Compañía en aquellas partes, porque, como es tan buen xpiano., y amigo grande nuestro, y patrón en X.°, hanos de ayudar y fauorecer quanto pudiere, y puede mucho allá con la gracia del Señor. Pide con mucha instancia que le demos gente de la Compañía que vaya con él, y quería él mucha, y nosotros estáuamos determinados de no mandar este año á la India ninguno, porque en este año se han emprendido estas obras de collegios y casa, y aun no tenemos gente bastante para assentar acá en Portugal lo que está començado, quánto más para la India; pero por ser don Pedro el que va, no nos podremos escusar, que por lo menos no le demos dos, que vayan este año con él. Yo tengo propósito de mandar un recado al P. Nadal con

hombre proprio, avisándole cómo don Pedro va por virey y pide gente; que él sabe la necessidad de Portugal; que por amor de Dios él proueyese de Castilla algunos Padres que fuessen este año, pues nosotros avemos proueydo hasta ora todos los años. No sé si proueherá en ello; creo que hará lo posible por consolación de don Pedro, que sabe él muy bien quán obligada le es la Compañía, y tanbién por prouecho de la mesma Compañía in Domino.

Todos estamos aguardando para el año que viene el patriarcha para la Ethiopía del Preste Juan, el qual ha de nombrar V. P. por comissión del rey, como ya creo terná recebidas las cartas [1]. Será en muy buen tiempo, porque don Pedro estará en la India y nos ayudará mucho en esta empresa, especialmente que él con mucho deseo la aguarda, y la ha tratado [2] con el rey de nuestra parte, y él mesmo la concluyó.

Dos hermanos venieron de la India este año passado, y uno dellos, que se llama André Fernández, truxo special comissión para ir á Roma, si acá en Portugal nos pareciesse. Acá nos pareció no ser necessario, porque lo que se pide á V. P., son cosas sabidas, como las escreuiremos en un rol, y lo mesmo pareció al P. Nadal, con que consultássemos á Roma. Vea V. P. si manda que vaya.

Don Theotonio vino á Portugal enfermo [3], y pasando cerca de la casa de su hermano el duque [4], á instancia dellos y de la madre mesma suya [5] le hizieron quedar allí, para que se curase. Escreuió al P. Nadal cómo era llegado allí, y que estaua enfermo, y siempre apareiado para la obediencia. Mandóle el Padre un compañero estudiante, que estuuiesse allí con él. Estuuo algunos meses desta manera, curándose en casa de su madre. Teníamos nueuas dél, así por cartas suyas, como por otras vías,

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio,* t. III, pag. 520 et 522.

[2] Ms *tratada.*

[3] De hoc viro multa dicunt *Epist. Mixtae,* t. III, et NADAL, *Epist.* t. I.

[4] Theodosius de Bragança. *Epist. Mixtae,* t. II, pag. 864, annot. 3; t. III, pag. 573 et alibi saepenumero.

[5] Joanna de Mendoza.

que estaua muy perturbado con los que regíamos acá, por las cosas pasadas de M. Simón, y de los salidos, de los quales muchos le fueron allí á ver, y creo tomaron mucha amistad con aquellas señoras duquezas [1] y hermanas suyas, informándolas á su manera de nuestras cosas, por lo qual muestran estar no muy bien con nosotros, aunque el duque, como buen xpiano. y prudente, está bien al cabo de las cosas, y conoce la verdad. Partióse don Theotonio de Vilaviciosa, donde estaua, para ir á Lisbona á hallar el P. Nadal; y como nosotros estuuiéssemos en Coímbra, turbóse mucho, y quiso ponerse en el hospital, diziendo que estaua exempto de V. P., como le auía dicho el P. Nadal en Barcelona, y que podía estar donde quiera. Creo sus parientes y hermanos barruntaron esto, procuraron que se fuesse al collegio de san Antón, y assí vino, y luégo se mostró discontento, diziendo que él estaua enfermo, y que se desconsolaua de estar entre los hermanos, que para sanarse le dexassen ir á otra parte. De todas estas misserias supo el rey, y aun en este tiempo un su hermano, que se llama don Constantino, le lleuó á bessar la mano al rey, y entre otras cosas que dixo al rey, fué encomendarle á M. Simón. En este tiempo estaua el Padre doctor en Lisbona, y el rey le mandó llamar, y le pidió que don Theotonio le quería hablar: ¿si le hablaría? Díxole [el Padre] que todo lo que mandase su alteza, y assí le habló, como dixe; pero el rey estaua

---

[1] Intellige Joannam, Theotonii matrem, novercam Theodosii, ducissam *seniorem;* et Elisabeth de Lencastre, Theodosii ducis uxorem, ducissam *juniorem*. Sorores Theotonio fuere infans Elisabeth, cujus nomen saepe in his MONUMENTIS occurrit, uxor Eduardi (infante D. Duarte), ducis de Guimarães, fratris Joannis III; Joanna, Bernardino de Cardenas et Velasco, marchioni de Elche, nupta, quae Valentiae Edetanorum degebat; Maria et Vincentia, virgines Deo sacrae, ac demum Eugenia, quam Franciscus de Mello, II marchio de Ferreira, uxorem duxit. Fratres memorantur, praeter Theodosium I, ducem V de Bragança, Jacobus, clericus, immatura morte correptus, Fulgentius, prior de Guimarães, et Constantinus, qui fuit regius cubicularius Joannis III, Indiae prorex, etc. Vide *Epist. Mixtae,* t. III, epist. 672, pag. 499-501, et SOUSA, *Historia genealogica da Casa Real portugueza,* t. VI, pag. 707, Taboa V. Hic vero notandum est Theodosium et Elisabeth fratres Theotonii esse tantum ex patre, Jacobo sc., duce IV de Bragança.

muy bien informado de lo que pasaua, por el mismo Padre doctor, que le daua parte de todo por sí ó por medio de la reyna, antes que le hablase y después. En fin el rey, siendo informado de la voluntad de don Theotonio por la iffanta doña Isabel, su hermana, y de nosotros, determinóse, con parecer del Padre doctor, que le dexássemos estar en un monasterio de dominicos, que está una legua de Lisbona, que se llama Bemfica [1], en título de curarse. Al otro día que estuuo allí, llegamos el P. Nadal y yo de Coimbra, y luégo al otro día el P. Nadal fué á Bemfica á visitarle con mucho amor y alegría, y concertó con él que al día siguiente viniesse [2] al collegio de san Antón, donde nosotros estáuamos. Començó el P. Nadal á tratar con él de su assiento con toda mansedumbre y amor, y hallóle en estremo muy desbaratado, y vínose á tentar tanbién contra el P. Nadal. El Padre, después de muchas cosas y días passados con él, por confundirle, pidiendo [3] él mismo que tratassen de lo que hablauan delante algunas personas, le dixo que no auía necessidad dello, pero que por su consolación podíanse llamar los professos y el rector del collegio, y que delante dellos se tratasse. El P. Nadal, todos ajuntados, cuenta toda la manera que se auía auido con don Theotonio hasta allí [4] y mostróle una carta que él mandó al mesmo Padre, que mostraua bien su disposición. En fin, díxole muy claro delante [de] todos todo lo que le parecía mal dél, y specialmente le confutó algunas propositiones: scilicet, que las

---

[1] «Bemfica-freguezia, Extremadura, termo e 6 kilometros ao N. de Lisboa, 870 fogos. E n' esta freguezia a celebre quinta que foi dos marquezes de Abrantes... Defronte d' esta quinta, ao N., era o convento de frades dominicos de Bemfica, que está sobre a estrada de Cintra, em um lindo e fresco valle, cercado de frondoso arvoredo e atravessado por o rio de Bemfica. Tem uma linda cerca, frondosos bosques, hortas, pomares e muita abundancia de aguas... A egreja e convento são obras sumptuosissimas, que fundou D. João I, pelos annos de 1295. Os frades tomaram posse d' elle a 22 de maio de 1299... O terremoto de 1755 e o incendio de 1818 o damnificaram muito, de modo que nas reconstrucções pouco ficou das obras antigas.» Soares d' Azevedo, *Portugal antigo e moderno,* t. I, pag. 377.

[2] Ms. *seguiente veniesse.*

[3] Ms. *pediendo.*

[4] Ms. *hastallí.*

[cosas] que fueron hechas cerca de M. Simón, fueron mal hechas; 2.°, que no era obligado sino á obedecer, y no á sentir lo que la Compañía siente; 3.°, porque dezía que holgaría que le acabássemos de hechar, dando á entender que nosotros esto pretendíamos. Declarándole cómo estas cosas y otras no eran de persona de la Compañía, el pobre dél ni se rindió [1], sino que se defendió bien inquieto y confundido, y al fin, acabada la plática, se fué á su cámara, y le vino un desmayo, y pidió le dexassen ir á dormir aquella noche á S. Roque [2], y así fué: conforme á esto se uuo en lo demás. De todo esto al principio y al fin se daua larga cuenta á los iffantes y al rey, y que, visto lo que pasaua, sus altezas determinassen lo que más les pareciese seruicio del Señor; y así se determinaron que tornase á Villaviciosa, y allí se recogiesse y studiasse, dándole un maestro de la Compañía, y así se ha hecho, y él está ya en Villaviciossa, con un hermano que se llama Mauricio [3]. El maestro dixo el P. Nadal se lo mandaría de Castilla, que acá no teníamos, por la mucha falta que tenemos de gente de la Compañía, para suplir lo mucho que ay que hazer en este reyno. El P. Nadal y yo fuimos con don Theotonio á Villaviciosa, y de allí se despedió de mí para Castilla. Conocí que estauan descontentos aquellas señoras y el duque, porque le auían vuelto [4] á don Theotonio allá. Díxome el duque que de allí á un mes estaría en la corte, que allá trataríamos otra vez dello. Él pretenderá, ó que esté en algún collegio, ó que le den un buen maestro. Creo yo, que, con darle este maestro, que él pide con mucha instancia, se contentará.

En Lisbona, tratándose estos negocios de don Theotonio, supimos de cómo los salidos y don Theotonio van muy feruentes en hazer una religión nueua, y que Brandón iua á Roma para negociarlo, y que lleuaua 500 ducados de cambios, y esto por

[1] Ms. *arrendió*.

[2] Ms. *S. Roche*. Est autem ea domus professorum Societatis olisiponensis.

[3] «Mauritius Serpius seu *de Serpa*.» POLANCO, t. IV, pag. 547, n. 1172-annot. 4.

[4] Ms. *boluido don*.

muy cierto. En esta sazón vino Brandón á san Antón para hablar con el P. Nadal de otras cosas, y díxole el Padre, que le avían dicho que iua á Roma por esto y esto, y él no lo negó, ni del todo lo concedió. Dió señales que ello era assí: díxoles quán imposible era, ni que haun lo deuían imaginar. Desta religión dimos parte al rey y iffantes. Al rey fué luego al principio, antes de hablar con Brandón. Díxonos que no lo creyéssemos [1], que aquello era imposible, y que ¿cómo se podría tratar tal cosa sin darle parte á él? Los iffantes después fueron informados más largo. La manera que aora á la postre entendí que ellos quieren hazer esta religión, ẽs para ellos solos que salieron de la Compañía, y para una casa sola, a do estuuiesen juntos, viuiendo á su manera, etc. Oyendo tratar destas cosas, oí [2] que me hablauan del [3] nuncio, que aora se fué de acá para Roma. Vínome sospecha que él, informado de acá por esta gente y por Baltasar de Faria, no lleuase asumpto para negociar esto quando llegare á Roma. Esto de la religión nueua, toman en extremo mal los parientes de don Theotonio, y specialmente sus hermanos, y nos dixo don Constantino, que es persona de mucho ser y manera entre ellos, que se pornía al campo en ello contra su hermano don Theotonio, y que recebió grande pena quando se lo dixeron. Don Theotonio es muy hecho á su voluntad. Temo que, en cosa que él se encaxe en la cabeça, según es voluntario, que no tenga de ver con pariente ni con nadie. Hasta ora no sabemos que ayan desistido desto de la religión nueua, aunque [4] creo algo desmayados estarán en ello, por ver que se an sabido todas sus ideas. Damos aviso dello á V. P., para que por sí ó por no, se prouea allá en ello, y lo mesmo nos encomendaron acá los iffantes, que escreuiéssemos presto dello á Roma.

Siguiendo [5] del todo lo que el P. Nadal ordenó cerca de don

---

[1] Ms. *criéssemos.*

[2] Ms. *oy.*

[3] Ms. *en el.*—Nuntius vero summi pontificis erat Pompejus Zambeccari, de quo supra egimus, *Epist. Mixtae,* t. III, pag. 25 et 26, annot. 3.

[4] Ms. *haun que.*

[5] Ms. *seguiendo.*

Theotonio, no dexaré de auisar á V. P. de lo que en ello me parece, como tengo avisado al mismo P. Nadal por una letra después de su partida, para que en ello se disponga [1] lo que fuere más gloria de Dios, sabiendo todo lo que sobre ello occurre acá. El hermano don Theotonio parece que en ninguna manera tendrá otro género de vida, sino ser de la Compañía, porque de nuestra parte nunca se hechará sin parecer de V. P., que (según nos dixo el P. Nadal) no consintirá en ello, por ser tan llegado al rey y estos señores, á quien la Compañía tanto está obligada, los quales [2] en ello nunca consentirán, según lo que muestran, á lo menos las duquezas y sus hermanos. De parte dél por la mesma causa nunca se saldrá de la Compañía, y él así lo dize; y aunque se saliesse, como pienso ordena, conforme á lo de la religión nueua, creo que sus parientes por fuerça lo tornarían á la Compañía, la [3] qual, por la obligación que les tiene, sería forçada á recebirlo. Presupuesto esto, vese de otra parte claramente que él, según la disposición en que aora está, no es para la Compañía; y si así [4] queda, siempre en ella será un perpetuo trabajo á la Compañía. Por lo qual parece cosa muy essencial buscar todos los medios posibles [5] para él se aprouechar, los quales le faltan, estando como está en Villaviciosa, porque all tiene toda libertad de hablar y escreuir á salidos, de quien él es muy affecionado, y que mucho le dañaron y dañan, y el principal mal suyo es dellos. Tiene allí toda otra libertad, y regalos de sus hermanas y madre; lo qual, por la affeción que él tiene á todos los parientes, le daña mucho. Allí tiene las honrras que él no deshecha, y poco recogimiento. Denique, si él stuuiera muy quieto, allí tuuiera toda occasión para distrairse, specialmente estando aquellas señoras no bien con nuestras cosas pasadas, por sus informaciones, con las quales habla de continuo [de] sus quexas, y así nunca se oluidará dellas. Allí escandaliza á los de aque-

---

[1] Ms. *dispongo.*

[2] Ms. *lo quales.*

[3] Ms. *lo qual.*

[4] Ms. *se así.*

[5] Ms. *posible.*

lla villa, porque todos saben ya sus inquietúdines, y en esto pierde mucho la Compañía. Creo perdiera menos [1] teniéndolo en el collegio de Éuora, porque allí no haría mal á los hermanos, porque ya le toman todos como tentado, y él se aprouecharía y se iría poco á poco acostumbrando á la subiectión, y se affecionaría poco á poco á las cosas de la Compañía, y á lo menos la diligencia de los hermanos le reprehendería á las vezes sus negligencias, y así no escandalizaría tanto y se aprouecharía más, lo que en Villaviciosa no haze, y témese que se habitúe ahí [2] tan mal, que después, veniendo, como ha de venir, á algún collegio de la Compañía, sea más incorregible. Y por eso parece mejor recebirlo luego, specialmente que el duque y duquezas y hermanas suyas muestran enojo dél estar allí en Villaviciosa y no en algún collegio, de manera que están tentados contra nosotros, aunque saben que el rey y iffantes así lo ordenaron; pero creo que piensan que vino de nos. El está aora aun en Villaviciosa, según la orden del P. Nadal, que dexó mandado que en quanto él stuuiese en aquella disposición interior, no se tuuiese en ningún collegio [3]; y esta orden seguimos, aunque desto también le tengo escrito, para ver lo que ordena [4], y todo se hará así. V. P. también nos puede avisar de todo. De Éuora 2 de Henero de 1554. De V. P. indigno hijo,

MIRÓN.

Inscriptio: † Al Rdo. en X.° Padre, el Padre M. Ignacio, prepósito general de la Compañía de Iesús, en Roma. *Eadem manu*. Del P. Mirón. 1.ª vía.

---

[1] Ms. *perderá más poco*.

[2] Ms. *ay*.

[3] Cf. NADAL, *Epist*. t. 1, pag. 220, n. 3.

[4] Haec de Theotonio scribebat Ignatio P. Nadal, 14 Maji 1554: «Los príncipes se inclinan á que salga de Portugal..., mas todos los nuestros allá temen, y io también, que irá, y estará con gran turbación en Córdoua, por estar allí el doctor Torres, y así yo he scripto que si conoscen su poco contento de yr á Córdoua, que le ymbíen á Valencia...» NADAL, *l. c.*, pag. 259, n. 20.

749

PRAEFECTI SODALITATIS DE REDEMPTIONE
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

NEAPOLI 7 JANUARII 1554 [1].

Ad sodalitatis opus «De Redemptione» amplificandum, unum e Societate Jesu, P. Dominicum de Riva, postulant.—Sibi gratulantur de collegio Societatis Constantinopoli instituendo.—Bona ex illo decerpenda ad animorum salutem.

†

Molto magnifico et Rdo. signore. Per un altra hauimo scritto [2] a V. S. R. che per quello concludeua nella sua lettere, ne pareua che non restasse contento chel Rdo. don Domingo de Riba andasse con lo dinaro de la elemosina de questa nostra compagnia a fare recatto de christiani da mano d' infideli. Et pensando mo che questo forsi procedeua che non l' hauesse parso bene farlo stare con infideli, oue non hauerria possuto esercitarse ala predica et instruttione delle cose pertinente ala fede christiana, hauimo pensato farlo stare in Africa, doue potria at-

---

[1] Ex originali in vol. *Epistolae diversorum*, duplici folio, n. 78, prius 142.

[2] Videantur *Epist. Mixtae*, t. III, pag. 605-607, ubi litteras protulimus Ignatio hac de re datas. Ignatii responsa habes in ejusdem *Cartas*, t. IV, pag. 412 et 418, quibus respondent in hispanica versione pag. 26 et 43. Cf. POLANCO, t. IV, pag. 172, n. 359, qui hac usus est epistola.—Caeterum de opera redimendis captivis impendenda a Societate, jam antea neapolitani per P. Salmeronem et proregem Siciliae, Joannem de Vega, agere coeperunt, ut ad annum 1553 refert POLANCO, t. III, pag. 182, n. 386: «Jam inde ab anno praeterito congregatio quaedam ad captivos redimendos cupiebat opus illud conjungi cum Collegio nostro [neapolitano], vel saltem in illo cubiculum aliquod habere, ubi suas congregationes facerent; neutrum tamen expedire visum est Patri Ignatio, sicut nec Patri Salmeroni videbatur, et ita verbis honestis se excusarunt. Postea, adhibitis Pro-regis Siciliae et aliorum litteris, Patrem nostrum, Dominicum Rivam, postularunt, ut hoc munere fungeretur; et ne id quidem concedi debere visum est, licet Pro-regis arbitrio id P. Ignatius reliquisset; tam multas enim rationes, ut judicari posset id non convenire, illi propositae fuerunt, ut non mittendum esse Dominicum nec alium ipse censeret». Cf. *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 355, 357, 452; *Epist. Mixtae*, t. III, pag. 682.

tendere a luno et a laltro. Pregando mo V. S. R., che per consolatione nostra, et per lo seruitio del Signore, et benefitio de tante infinite anime de christiani, quali portano periculo di perdernose, ne uolesse restare contento, et comandarle ce uada; et cossì con questa ancora ne la pregamo quanto possemo.

Occorre ancora che lo R. P. don Salmerone, per quanto noi siamo auisati, ha dimostrato con alcuni soi di tenere gran desiderio di pigliare loco in Pera di Costantinopoli per il vostro sacro collegio, per lo gran frutto che llà si può fare per seruitio del Signore et benefitio de li xpiani., li quali habiamo llà [1]. Certamente questa ne ha parso vera inspiratione del Spirito santo, perchè quella cità è quasi tutta habitata da christiani latini et greci, et ui stanno di molti frati et preti per lo culto diuino, li quali ministrano li sacramenti, et con le loro prediche et attioni seminano di molte heresie, et par che per conseruatione di quello pupulo christiano nella santa fede de Xpo., siano necessarie le persune, che con le bone dottrine leueno uia quelle ombre de heresia, et doneno ali populi la uera instruttione xpiana. Tal che ne ha parso scriuerlo ala S. V., et pregarla lo uoglia, non solo inanimarlo ad sequire questo suo santo preposito, ma comandarlo se faccia, perchè certo farrà grandissimo frutto con la gratia de Iddio et noi darrimo agiuto che se possano condure llà, et vltra che in questo è ditto operarranno molto, le potriamo agiongere la redemptione de captiuj, la quale sotto lo loro guberno non potria

---

[1] Audiatur Polancus, t. iv, pag. 172, n. 359, de hac re disserens ejusque eventum significans: «Gubernatores confraternitatis, quae redemptioni captivorum vacabat, inter quos Vicarius Episcopi erat, P. Ignatio scripserunt pergratum sibi fuisse quod intelligerent de aliquo Collegio Constantinopoli vel Perae (est autem Pera oppidum Constantinopoli vicinum et quasi quoddam ejus membrum) constituendo agi, et ad id propositum hortabantur .. Sed P. Ignatius sponte sua satis ad hoc collegium inchoandum erat incitatus; et effectus fuisset sequutus; nisi tota illa confraternitas Sti. Sepulchri, mortuo D. Petro de Zarate, et Summo Pontifice etiam, Julio III, sub initium sequentis anni, dissipata fuisset, et quae ad illam praeparabantur, in alios usus translata essent».—Porro Vicarius neapolitanus, de quo heic mentio fit, erat Scipio Rebiba, motulensis episcopus, qui pro archiepiscopo Joanne Petro Caraffa sedem administrabat.—Praeterea «Galatam (sive Peram, sive ut alii malunt, Peraeam) oppidum, fuisse partem Constantinopolis ostendit antiqua descriptio Regionum». Polanco, *ibid,* annot. 1

pater' inganno dali altri ce deputassemo. Et perchè la S. V. considerarrà meglio lo frutto grande se ne po apportare a nostro signore Iddio, non ce allargamo altramente: le basamo la mano, et esso Signore l' inspire il cuore ad quello le sia più seruitio. Da Napoli il dì vij.° de Gennaro 1554. Al comando de V. S. R.da,

Li gouernadorj dela confraternita de sancta Maria de Jesù, de redemptione de captiuj. *Sequuntur nomina.*

Inscriptio: Al molto magnifico et Rdo. M. Ignatio, generale del sacro collegio de la Compagnia de Jesù, nostro honorando. Roma.

750

ANDREAS GALVANELLUS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

MORBENIO 9 JANUARII 1554 [1].

Ignatianis litteris respondet.—Quid Morbenii agat, quam teneat rationem in excolendis incolis, quibus utatur libris, quos adhibeat consiliatores, quid haeretici dicant, qualis denique fructus labori respondeat, summatim perstringit.

La gratia et pace del nostro signor' Jesù Xpo. sempre scia fra nuj. Alli quatri del presente receuitti duoe littere della R. V.

---

[1] Ex autographo in vol. D, duplici folio, n. 42, prius 270.—Etsi ad calcem epistolae legitur: «*ali 9 del presente 1553;*» tamen existimamus datam fuisse epistolam die a nobis designato, sc. 9 Januarii 1554. Etenim in prima litterarum periodo scribit Galvanellus: «Alli quatri del presente receuitti duoe littere della R. V. con duoe instructioni scritte alli 14 de Nouembre, doue io ho uisto tutto quello, che uole la R. V. che io facia circha la cura de Morbegno;» quae quidem cohaerere videntur cum iis, quae ad annum 1554 tradit Polanco, t. iv, pag. 135, n. 270: «Evocatus fuerat Morbenio P. Andreas Galvanellus in autumno praecedentis anni [1553] ut Venetias iret; quamvis litterulae inclusae fuerunt aliis, quibus permittebatur ut, si non posset sine magna morbeniensium offensione recedere, non statim, quod ei P. Ignatius injungebat, exequeretur». Praeterea romanas litteras, 14 Novembris datas, de quibus mentionem Galvanellus facit, ad annum 1553 spectare, minime vero ad 1552, erui satis videtur ex ipso Polanco, t. iii, pag. 122, n. 239, quo auctore «missus fuerat Bononia P. Andreas sub autumnum anni praecedentis [nimirum anni 1552] in oppidum Vallis Tellinae, no-

con duoe instructioni scritte alli 14 de Nouembre, doue io ho uisto tutto quello, che uole la R. V. che io facia circha la cura de Morbegno. Così farò con lo aiuto [1] del nostro Signor', et le orationi della R. V. et de tutta la Compagnia. Penso che la R. V. hauerà intese per nostre littere quello che se fa cercha tal cura.

Primo, non se mancha de uisitare tutti gli amalati et questo se fa tanto il giorno quanto la notte. Così publice in giesia lho ditto, acciò non habia respeto.

2° Il mistro delli putti, che imparano grammaticha, è una persona bona, et habita apressa nuj, et sè confessato da mi.

3° Il patrone della casa doue io sto, insigna a molti putti poueri la dottrina christiana, et uno sacerdote.

4° Le feste post prandium molte putte se reducano alla giesia cum quatre donne, et iuj imparano il Pater noster, Aue Maria, Credo, e gli precetti.

5° Gli putti uanno ad un altra giesia, doue imparano quel medemo.

6° La sera se reducano tutti, putti et putte, insieme, et cantano letanie, dicano il Credo, Pater, Aue Maria; puoi gli dico alchune parole.

7° Hoggi io son andato a una congregatione de seculari, che se congregano in una giesia fuora della terra, et dicano lhofitio della Madonna. Uoglio che gli putti anchora lore gli uadano, acciò imparanj la uita bona, et gli boni costumi. Così se farà,

---

mine Morbegnum;» nec credibile est fuisse inde per litteras revocatum, cum forsan pedem eo non intulisset. Igitur de anno satis videtur constare. Ad mensem vero quod attinet, quem diximus esse Januarium, facilior quaestio est: 1. Ex ipsa ratione scribendi; nam cum dicit *ali 9 del presente*, verum quidem dicit si de Januario intelligatur, etenim tot elapsi sunt dies anni, quot primi ejus mensis: sin autem de alio mense intelligatur, nequicquam verum dicit. 2) Ex ipsa epistola, in qua multa habentur, quae exaratam arguunt, ut legenti patebit. 3) Denique, rescribens Stus. Ignatius litteris mense Januario Galvanelli, 27 Januarii 1554, sic exorditur: «Le ultime de V. R. sono di 3 e 9 del presente; et quanto ad differir la partita, si vede non sia stata senza ragioni buone...» POLANCO, t. IV, pag. 137, annot. 1. Cf. infra, epist. 755.

[1] Ms. *auto*.

perchè io gli uoglio andare ogni festa. Fin adesso non gli son andato, perchè quelle poche parole che dico in giesia, le diceua dapoi il uespere, ma le dirò post missam.

8° Quando seranno alchuni incarcerati, non mancharò uisitarli.

9° Io cum la gratia del nostro Signor' farò in modo, che niuna persona hauerà causa de lamentarse.

10° Gli heretici sonno odiati quasi da tutta la terra.

11° Cercharemo con la gratia del Signore uigilare sopra gregem nostrum.

12° Io mando una copia del breue, come scriue la R. V.

13° Ritrouaremo delli libri de Chaterino [1], benchè io ho comparato Alphonso de Castro [2], et uno Ferrarese, et uno uulgare. Sonno alchuni spirituali, ma sonno uno pocho duri da tirargli alla confessione frequente, et communione. Non mancharò de solicitargli. A me pare che non debia andare a morti; pur farò quello scriuirà la R. V.

Io me gouerno secondo il consilio de tre persone spirituale, perchè meglio lore sanno come passano le cose della terra. Puoi facio per dargli exempio a lore de stare alla obedientia mia circha la confessione et communione.

La fama è uolata a molte terre che io non uoglio dinari da niuna persona: gli sacerdoti se marauigliano; gli heretici uicini non sanno che dire. Solum dicano che non duraró, ma che serà uno principio bono; et farò il contrario, quia non credo che mai dinari uengano alle mie manj.

Quillj che hanno cercato uno della Compagnia, sonno gil primi della terra. È uno medico, uno dottore legista, et uno ini-

---

